

Derogatio  
contrariorum

Ecclesiastico existentium, ac honoris, & dignitatis titulis plerumque non tam sui, quam illa possidentium, vel majorum ipsorum intuitu, & contemplatione ob præclara eorum erga Romanos Pontifices, & Sedem Apostolicam, christianamque rempublicam merita decoratorum, ipsi quoque tituli hujusmodi quasi accessorie translati censeantur.

Causa hujus  
Constit.

§.1. Hinc est, quod Nos motu proprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione, declaramus, & decernimus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus per quamcumque Civitatem, Oppidum, Castrorum, Terrarum, aliorumque locorum in Statu nostro Ecclesiastico mediato, vel immediato existentium, venditionem, & quamvis alienationem, etiam alienationis latissime sumpto vocabulo, non censeatur in emptorem, & quemlibet alium quocumque titulo lucrativo, vel oneroso, & aliis quomodolibet acquirentem translatus titulus Ducatus, Principatus, Marchionatus, vel Comitatus, nec titulum hujusmodi transferendi data facultas, etiam si titulus hujusmodi Civitati, Oppido, Castro, Terræ, vel loco vendita, seu vendito, & alienata, seu alienato annexus, seu in ea, vel eo crectus esset, nisi in licentia apostolica vendendi, & alienandi juxta Constitutiones felicis recordi Sixti V., Clementis VIII., & Pauli V. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, ac nostras omnino prius obtinenda specificæ, & verbis expressis translatio tituli hujusmodi concessa fuerit.

Clausula præ  
scripta.

§.2. Præsentibus quoque literis quovis prætextu, vel causa de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, retractari, in jus, vel con troverfiam vocari nullatenus posse, sed illas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, plenamque roboris firmitatem obtinere.

Clausula sub  
lata.

§.3. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici, & Curie Cameræ Apostolicæ Generalem Auditores, & dictæ Cameræ Clericos Præsidentes, ac S. R. E. Card. etiam de latere Legatos, ac ejusdem S. R. E. Camerarios, Civitatumque, Oppidorum, Castrorum, terrarum, & locorum hujusmodi Gubernatores, & Magistratus quomodolibet nuncupatos nunc, & pro tempore existentes, ac quovis alios quacumque auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, nostra de jure quæsto non tollendo, ac aliis Cancellariæ Apostolicæ regulis, legibus quoque Imperialibus, & municipalibus, ac quorumvis locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apost. quibusvis locis, & personis quomodocumque nuncupatis, ac qualitercumque qualificatis, etiam speciali nota, & mentione dignis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specificæ, expressæ, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quavis alia expressio facienda esset, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad prædictum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die decimaseptima Maii 1639. Pontificatus nostri Anno XVI.

Dat. die 17.  
Maii 1639.  
An.XVI.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo trigesimo nono, die vero 13. mensis Augusti supra dictæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad vallas Basilicæ Sancti Petri de Urbe, ac Cancellaria Apostolica, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis per Nos Fulvium Marzellium, & Carolum Pelosium Sanctissimi Domini Nostri Papa Curf.

Pro D. Magistr. Curf. Antonius Bardus Deput.

Præ-

DCVIII.

Prænitio numeri Magistrorum Provincia Romanæ Ordinis Prædicatorum.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

IN his apostolici nostri muneris partes libenter interponimus, per quæ felici regularium personarum statui opportune contuli judicamus.

Motiva.

§.1. Nuper siquidem pro parte dilecti Filii Michaelis Mazarini Sacre Theologiæ Magistri, ac Romanæ Provincia Fratrum Ordinis Prædicatorum, Prioris Provincialis Nobis expositum fuit, quod in non mediocre dictæ Provincia bonum cederet, si quemadmodum in quibusdam aliis dicti Ordinis Provinciis sanctum est, certus, ac determinatus Magistorum in Sacra Theologia Ordinis hujusmodi cum loco, & voce, qui accepti communiter nuncupari solent, numerus in dicta Romana Provincia per Nos constitueretur; Nobis propterea dictus Michael Prior Provincialis hujusmodi humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune, ut infra, providere de benignitate apostolica dignaremur.

Magistri sunt  
tantum vigin  
ti.

§.2. Nos igitur ejusdem Provinciae felici regimini, & gubernio, quantum cum Domino possumus, benigne consulere, ipsumque exponentem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præfatis Magistris acceptatis in Provincia Romana hujusmodi numerum vicenarium, qui non nisi per eos, qui in Studio Generali dictæ Provinciae Regentis munere functi fuerint, excedi possit, apostolica auctoritate, tenore præsentium, præscribimus, & præsumimus.

Nullus, nisi  
Regens fuerit  
in Magistrum  
acceptetur.

§.2. Ac insuper, quod de cætero nullus, nisi Regens, ut supra fuerit, in ejusdem Provinciae Magistrum acceptari valeat, donec, & quousque Magistri, qui modo sunt in dicta Provincia acceptati, quibus per præsentibus nullum præjudicium inferre intendimus, ad numerum viginti redacti fuerint, auctoritate, & tenore præsentium interdiciamus, & prohibemus. Decernentes irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria  
collentur.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Capitulorum Generalium dicti Ordinis decretis, si quæ præmissis adversentur,

ac Ordinis, & Provinciae hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specificæ, expressæ, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die decimaseptima Maii 1639. Pontificatus nostri Anno XVI.

Dat. die 17  
Maii 1639.  
An.XVI.

DCIX.

Quod Priores Provinciales Provinciae Romanæ Ordinis Prædicatorum debeant esse biennales.

Vide de his Fratibus Constit. XVIII. Gregorii XI. Virtute. Tom. III. Par. II. fol. 355.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Michaelis Mazarini in Sacra Theologia Magistri, ac Romanæ Provincia Fratrum Ordinis Prædicatorum Prioris Provincialis Nobis expositum fuit, quod dictæ Provinciae Priores Provinciales ante Capitulum Generale ejusdem Ordinis in alma Urbe nostra novissime de anno 1629. celebratum biennales erant, in eo autem Capitulo Generali statutum fuit, ut Priores Provinciales abinde quadriennales forent, exceptis tamen Provinciis speciali quoad hoc indulto apostolico gaudentibus. Verum, quia dubitari potest, an in prædicta Provincia Romana hujusmodi indultum vigeat, ad omnem scrupulum e medio removendum, statutum etiam fuit in dicta nuper in eadem alma Urbe in Domo regulari, seu Conventu Sanctæ Mariæ super Minervam dicti Ordinis habita, supplicandum esse, prout idem exponens Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Causa hujus  
Constit.

Nos

§.1. Nos igitur felici Provinciae hujusmodi gubernio, quantum cum Domino possumus, consulere, ac eundem Michaeli specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati;

Mandat, prout in Rubric.

§.2. Quod de cetero perpetuis futuris temporibus d. Provincia Romana Priores Provinciales biennales sint, & esse debeant, nec ultra biennium in hujusmodi Provincialatus officio perdurare possint, & quidquid fecus a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane existat, apostolica auctoritate, tenore presentium decernimus, statuimus, & ordinamus respective.

Obstantibus derogat.

§.3. Non obstant. praedicta Capituli Generalis Ordinatione, seu Statuto, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, & Provinciae hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 28. Maii 1639. An. XVI.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima octava Maii 1639. Pontificatus nostri Anno XVI.

DCX.

Confirmatio concessionum Domorum Regularium de Observantia Fratrum Reformati S. Francisci quomodolibet factarum.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

EX inuncti Nobis apostolici muneris debito Christianissimum sub suavi Religionis iugo, & Strictioris Observantiae Regulis Altissimo famulantium votis, per quae eorum quieti opportune consulitur, libenter annuimus, ac desuper ejusdem muneris partes propensius studiis interponimus, ut iidem Christianissimos, sublata omni perturbationum materia, in pacis amoenitate, ac Justitia, & Sanctitate co-

ram Deo felicioribus in dies proficiant incrementis.

Motiva.

§.1. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Ascanius ab Assisio Procurator Generalis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum nuncupatorum, nonnulla domus Regularis, quas Fratres Minores de Observantia nuncupati Ordinis praedicti possidebant, dictis Fratribus Reformati apostolica auctoritate, vel a Superioribus Ordinis hujusmodi, aut aliis alio modo assignate, & concessa fuerint: ut autem litibus, & controversiis, quae propterea fortassis excitari possent, via pracludatur, idem Procurator assignationes, & concessionis praedictas auctoritate nostra apostolica comprobari, & alias desuper, ut infra, provideri summo prope desideret; Nos ejusdem Ascanii Procuratoris votis hujusmodi benigne annuere volentes, illumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ipsius Ascanii Procuratoris nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati;

Confirmat prout in rubr.

§.2. Assignationes, & concessionis domorum regularium praedictarum dictis Fratribus Reformati, apostolica auctoritate, vel a Superioribus Ordinis hujusmodi, vel aliis quomodolibet factas, ut praefertur, apostolica auctoritate, tenore presentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis perpetuae firmitatis apostolica robor adicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui quomodolibet intervenerint in eisdem supplemus. Mandantes propterea quibusvis dicti Ordinis Superioribus, & Fratribus quomodocumque nuncupatis, & qualificatis, in virtute sanctae obedientiae, ac sub privationis vocis activae, & passivae eo ipso incurrendis, aliisque arbitrii nostri poenis, ne super assignationibus, & concessionibus praedictis litem, seu lites contra Reformatos hujusmodi movere, seu intentare, vel illos in jus vocare, aut alias quomodolibet eis desuper molestiam exhibere audeant, seu praesumant, & nihilominus ex nunc irritum, & inane, quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Contrariis derogat.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eidem Ordini, illiusque Domibus Regularibus, Superioribus, Conventibus, Fratribus, & quibusvis aliis in contrarium

rium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 30. Maii 1639. An. XVI.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die trigesima Maii 1639. Pontificatus nostri Anno Decimosexto.

DCXI.

Ex Regesto in Secret. Breve.

Collegia Sancti Nicolai de Anxiaco, & de Ruvere in Civitate Avenionensi subiciuntur regimini Sacrae Congregationis de Propaganda Fide.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

INjuncti Nobis desuper apostolici muneris ratio postulat, ut Collegiorum ad Juventutis instructionem praesertim in Civitatibus nostrae ditioni subjectis institutorum paternam curam gerentes, ea, quae ad eorum damnum incuria personarum illis praesidentium, & defectu debite provisionis irrepressibile comperimus, de medio tollamus, eisque pro illorum felici gubernio, ac jurium conservatione, nec non Alumnorum in eo pro tempore degentium tranquillitate, & bonis moribus, & disciplinis eruditione, novos Protectores, de quorum uti Cardinalatus honore fulgentium in rebus omnibus eximia solertia, & prudentia, singularique zelo, & charitatis affectu nusquam hesitandum sit, constituamus, & deputemus, aliasque desuper disponamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Refert malis horum Collegiorum statum.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, in Civitate nostra Avenionensi, unum Sancti Nicolai de Anxiaco magnum nuncupatum, & alterum della Ruvere vulgo etiam nuncupatum Collegia pro recipiendis, alendis, & instruendis in eis Collegialibus, seu Alumnis ex Provinciis, & locis in eorum fundatione expressis evocandis a multis annis, apostolica auctoritate, aut aliis instituta, erecta, & dotata reperiantur, & ex relatione visitationis praedictorum Collegiorum in Congregatione de Propaganda Fide in nostra praesentia habita Nobis innotuerit, bona tam libera, quam emphyteutica, & jurisdictiones, ac redditus praedictorum Collegiorum temporis successu, & malo Rectorum, & aliorum, qui curam illorum habuerunt, regimine, non solum deteriorata, & immutata, sed etiam ex parte alienata fuisse, ipsorum quoque Collegiorum aedificia,

praedictorum ministrorum incuria, & negligentia pessundata, & disciplinam Collegialium, seu Alumnorum, ob Constitutionum praedictorum Collegiorum inobservantiam, fere penitus esse collapsam, & denique contra Fundatorum mentem, & dispositionem Pontificiarum Const. pro praedictis Collegiis editarum multos graves in eis, & praesertim circa gubernium praedictorum Collegiorum, seu Alumnorum irrepressibile abusus, quibus nisi celeriter provideatur, res praedictorum Collegiorum in deterius labi necesse est, & modica, seu nulla utilitas, aut fructus ex illis imposterum percipientur.

Quare ex subicit regimini S. Congr. de Propag. Fide.

§.2. Nos eorundem Collegiorum reformationi, conservationi, & manutentioni, bonoque eorum regimini, ac praedictorum bonorum, & Jurisdictionum, ac reddituum eorum exactiori, ac fidei administrationi consulere volentes, motu proprio, non ad alicujus Nobis desuper oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione nostris, habito etiam super praedictis Collegiis, & eorum reformatione cum Ven. Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotio propagationis fidei in universum mundum praepositis maturo consilio, Collegia praedicta, & eorum quomodolibet, necnon eorum, ac cujuslibet ipsorum Doctores, Magistros, Scholares, aliosque Ministros, & personas quascumque, necnon bona, jurisdictiones, proventus, jura, & emolumenta quaecumque quocumque nomine nuncupata, aliasque res omnes, & singulas tam ecclesiasticas, quam profanas, necnon etiam Ecclesias, seu Cappellas omnino jurisdictioni, gubernationi, protectioni, & directioni nunc, & pro tempore existentium ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotio propagationis fidei praepositis hujusmodi privative quoad omnes alios quacumque dignitate fungentes, etiam si specialem requirerent mentionem, qui super Collegii personis, rebus, & bonis praedictis, vel earum aliquibus similem gubernationem, protectionem, jurisdictionem, & directionem ex quacumque causa quomodolibet habent, seu habere, dici, aut pretendi possunt, seu poterunt quomodolibet in futurum, apostolica auctoritate, tenore presentium perpetuo subiciimus, & submitimus.

Eidem Cong. facultate concedit Rectorum aliosque Ministros deputandi.

§.3. Eisdemque Cardinalibus negotio propagationis fidei hujusmodi praepositis nunc, & pro tempore existentibus praedicta Collegia, & eorum quodlibet, prout eis visum fuerit reformandi, regendi, & gubernandi, Rectoresque, Judices, Cappellanos, Oeconomos, & alios Ministros eorundem Collegiorum, & cujuslibet eorum deputandi, & constituendi, eosque, & quemlibet eorum ad eorundem Cardinalium merum, liberum, & absolutum beneplacitum, etiam absque ulla causa amo-

Alumnosque  
admittendi  
seu reiciendi.

Bona admi-  
nistrandi.

Aliosque ad  
eamdem dele-  
gandi.

Clausulae pro  
presertim  
literarum fir-  
mitate.

amovendi, in Collegiis praedictis Schola-  
res, seu Alumnos ex Provinciis in funda-  
tionibus eorum expressis, & nominatis  
oriundis, qui testimoniales literas suorum  
Ordinariorum de vita, moribus, & ido-  
neitate ad studia deferant, admittendi, eos-  
que si discoli, aut inepti ad studia fuerint,  
vel alias in literis, vel bonis moribus non  
profecerint, & denique si Constitutiones  
praedictorum Collegiorum non observa-  
verint, e Collegiis ipsis, & eorum quoli-  
bet eiciendi: Necnon eorumdem Colle-  
giorum, & cujuslibet eorum bona, jura,  
& jurisdictiones, & redditus hujusmodi  
administrandi, ipsosque redditus in aten-  
dis Scholaribus, & Ministris, ac in resi-  
ciendis, & reparandis fabricis eorum Colle-  
giorum, & eorum cujuslibet, aut alias  
prout expediens videbitur circa manuten-  
tionem, & conservationem dictorum Colle-  
giorum, & cujuslibet eorum, infumen-  
di, bonaque, & jurisdictiones hujusmodi  
ad tempus a jure permiffum locandi, &  
dislocandi, affectus exigendi, eosque in-  
sumendi, ut supra, ac de exactis quietan-  
di, aliaque in praemissis, & circa ea quo-  
modolibet necessaria, & opportuna faci-  
endi, dicendi, exercendi, petendi, ac  
procurandi, & exequendi, etiam privati-  
ve quoad omnes alios, ut supra, eisdem  
auctoritate, & tenore plenam, liberam,  
et omnimodam absolutam licentiam, &  
facultatem, ac auctoritatem etiam per-  
petuo concedimus, & impertimur.

§.4. Eisdem Cardinalibus, ut facultatem,  
& auctoritatem eis, ut supra concessam,  
& impertitam circa praemissa, vel eorum  
aliquod, ac in toto, vel in parte, prout  
eis videbitur nunc, & pro tempore  
existentibus Legatis, vel Prolegatis Avenio-  
nen., aut Congregationi particulari in  
Civitate Avenionen. erectae, seu erigendae  
communicare libere, & licite possint, &  
valeant, auctoritate, & tenore hujusmodi  
de speciali gratia similiter perpetuo in-  
dulgemus.

§.5. Nec non eisdem praesentes etiam  
ex eo, quod Collegia ipsa, vel eorum al-  
terum immediate protectioni hujus Sanctae  
Sedis Apostolicae forsitan subiecta sint,  
seu subiectum sit, & quicumque in praemissis,  
vel circa ea quomodolibet interesse habentes,  
aut habere praetendentes praemissis non  
consenserint, aut ad ea vocati, & causa,  
propter quas illa fiant, eorum loci Ordinario,  
aut quocumque alio Superiore verificata, vel  
justificata non fuerint, aut quovis alio  
praetextu quantumvis legitimo, & juridico,  
de subreptionis, vel obreptionis, aut nulli-  
tatis vitio, seu intentionis nostrae, aut quovis  
alio defectu notari, vel impugnari nunquam  
possit, sed eas semper, & perpetuo validas,  
& efficaces existere, suosque plenarios,  
& integros effectus sortiri, & obtinere,  
nec eos sub quibusvis similibus, vel  
dissimilibus gratiarum revocationibus,  
suspensionibus, aut limitationibus pro-

tempore quomodolibet etiam motu simili,  
ac ex certa scientia, ac de apostolica  
potestatis plenitudine factis, & faciendis  
comprehendi, sed semper ab illis excipi,  
& quoties eas revocari, vel limitari, aut  
suspendi, seu eis derogari contigerit, toties  
in pristinum statum restitutas, reposti-  
tas, & plenarie reintegratas esse, & fore:  
Sicque, & non alias ab omnibus censeri,  
& ita per quoscumque Judices ordinarios,  
vel delegatos quavis auctoritate fun-  
gentes, etiam causarum Palatii Apostolici  
Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae  
Cardinales etiam de latere Legatos, vel  
Vice Legatos, aut Sedis Apostolice Nuncios,  
sublata eis, & eorum cuilibet quavis al-  
ter judicandi, & interpretandi facultate,  
& auctoritate, ubique judicari, & defini-  
ri debere, & si secus super his a quoquam  
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter  
contigerit attentari, irritum, & inane  
decernimus.

Exequutori  
deputatio.

§.6. Quocirca dilectis filiis causarum  
Curiae Camerae Apostolicae generali Audi-  
tori, ac Pro-Legato Avenionen., necnon  
Officiali Ven. Fratris nostri Archiepiscopi  
Avenionen. per apostolica scripta motu  
pari mandamus, quatenus ipsi, vel duo,  
aut unus eorum per se, vel alium, seu  
alios praesentes literas, & in eis contenta  
quaecumque ubi, & quando opus fuerit,  
ac quoties pro parte dictorum Cardinalium  
negocio propagationis fidei, ut praefertur,  
praepositorum, seu aliorum ab eis  
deputatorum, vel deputandorum fuerint  
requisiti, solemniter publicantes, illique  
efficacis defensionis praedidio assisten-  
tes faciant auctoritate nostra eisdem praesentes,  
& in eis contenta hujusmodi ab omnibus,  
ad quos spectat, & pro tempore spectabit,  
firmiter, & inviolabiliter observari, dictosque  
Cardinales, seu ab eis deputatos, seu  
deputandos illis pacifice frui, & gaudere,  
non permittentes eos desuper per quoscumque  
directe, vel indirecte quomodolibet indebite  
molestari; Contradictores quoslibet, &  
rebelles per censuras, & poenas ecclesiasticas,  
aliaque opportuna juris, & facti remedia,  
appellatione postposita compescendo, ac  
per censuras, & poenas ipsas, legitimis  
super his habendis processibus, etiam  
iteratis vicibus aggravando, invocato etiam  
ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii  
secularis.

Derogatio  
contrariorum

§.7. Non obstantibus dictorum Collegiorum  
fundationibus, & erectionibus, quatenus  
in aliquo obtent, quorum, ac literarum  
super eis confectarum tenores, ac datas  
eisdem praesentibus haberi volumus pro  
expressis, ac fel. rec. Bonifacii Papae Octavi  
Praedecessoris nostri de una, & in Concilio  
generali edita de duabus dietis, dummodo  
ultra tres dietas quis auctoritate earundem  
praesentium ad iudicium non trahatur,  
necnon nostra de jure quæsito non tollendo,  
& quatenus opus sit, praememoriae  
Pii Papae Quarti etiam Praedecessoris

Erectio Custodiarum Fratrum strictioris  
Observantiae S. Francisci Cismontanae fam-  
iliae in Provincias Reformatas.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

**I**njuncti Nobis per abundantiam divinae  
gratiae pastoralis officii ratio postulat, ut  
circa statum regularium personarum quarumlibet,  
praesertim illarum, quae sub ar-  
ctioris observantiae norma gratum altissimo  
exhibent famulatum, jugiter invigilantes,  
ad ea, per quae pium eorum institutum,  
ad majorem Dei gloriam, & ejus Ecclesiae  
decorem propagetur, pax, & concordia inter  
eos conservetur, ipsique facilius in dies in  
via Domini proficiant incrementis, propensius  
intendamus, ac in his ejusdem officii nostri  
partes interponamus, prout conspicimus in  
Domino feliciter expedire. Cum itaque, sicut  
accepimus, Custodiae Fratrum Ordinis  
Minorum S. Francisci Reformatorum nuncu-  
patorum adeo excreverint, ut in Provinciis  
erigi possint, distinctasque Fratrum  
Reformatorum hujusmodi, ab illis Fratrum  
de Observantia ejusdem Ordinis Provincias  
institui, pacis inter illos stabilienda  
plurimum interlit;

Procurium,

Motivum.

Erectio Pro-  
vinciarum,  
prout in rub.

Protektor pri-  
ma vice eligit  
Ministros.

Protektor eli-  
git Procura-  
torem Gen.

cessoris nostri de gratis interesse Camerae  
Apostolicae quomodolibet concernentibus  
in eadem Camera registrandis, & insinuandis,  
alioquin illae non valeant, aliisque  
apostolicis, aut in provincialibus, synoda-  
libus, & universalibus Conciliis editis  
specialibus, vel generalibus Constitutionibus,  
& Ordinationibus, necnon Collegiorum  
praedictorum, & eorum cujuslibet, etiam  
juramento, confirmatione apostolica, vel  
quavis firmitate alia roboratis statutis, &  
consuetudinibus, privilegiis quoque, indul-  
tis, & Literis Apostolicis Collegiis praedi-  
ctis, & eorum cuilibet, necnon ipsorum,  
& cujuslibet eorum Magistris, Doctoribus,  
Scholaribus, aliisque Superioribus, & per-  
sonis, etiam motu, scientia, & potestatis  
plenitudine similibus, etiam consistorialiter  
in contrarium forsitan per quoscumque  
Romanos Pontifices Praedecessores nostros,  
& Sedis Apostolicae de latere Legatos, &  
Vice-Legatos quomodolibet concessis, ap-  
probatis, & innovatis. Quibus omnibus,  
etiam aliis pro illorum sufficienti dero-  
gatione, de illis, eorumque totis tenoribus  
specialis, specifica, expressa, & indivi-  
dua, ac de verbo ad verbum, non autem  
per clausulas generales idem importantes  
mentio, seu quavis alia expressio habenda,  
aut aliqua alia exquisita forma ad hoc  
servanda foret tenores hujusmodi, ac si  
de verbo ad verbum, nihil penitus omisso,  
& forma in illis tradita observata inferri  
forent, eisdem praesentibus pro plene,  
& sufficienter expressis, & insertis habentes,  
illis alias in suo robore permanentibus,  
hac vice dumtaxat latissime, & plenissime,  
ac specialiter, & expresse motu pari  
derogamus, contrariis quibuscumque. Aut  
si aliquibus communiter, vel divisim, ab  
aedem sit Sede indultum, quod interdici,  
suspendi, vel excommunicari non possint  
per literas apostolicas non facientes plenam,  
& expressam, ac de verbo ad verbum de  
indulto hujusmodi mentionem.

Clausulae po-  
natae.

Dat. die 10.  
Jan. 1639.  
An. XVI.

§.8. Nulli ergo omnino hominum liceat  
hanc paginam nostrae subjectionis, submissionis,  
concessionis, impertitionis, indulti, mandati,  
& derogationis infringere, vel ei ausu temerario  
contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit  
indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum  
Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit  
incursurum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam  
Majorem Anno Incarnationis Dominicae  
millesimo sexcentesimo trigesimo nono,  
quarto Idus Junii, Pontificatus nostri Anno  
Decimo sexto.

Privilegia quibus gaudet Proc. Gouet. Refor.

§.6. Qui Procurator Generalis in Capitulis, & Congregationibus, ac Definitoriis Generalibus sedeat immediate post Procuratorem, & Commissarium Generalem dicti Ordinis, & in eis votum, seu suffragium habeat quemadmodum habent Procurator Generalis Ordinis, & Commissarius Curiae. Finito autem suo officio remaneat Pater Ordinis perpetuus, cum omnibus privilegiis, exemptionibus, & precedentibus, quae conceduntur Procuratori Fratrum de Observantia, & Commissario Curiae ejusdem Ordinis.

Commissarius Generalis ex qua familia eligendus.

§.7. Ad haec, quod quando Minister Generalis erit ex Ultramontana Familia, Commissarius Generalis eligatur ex Cismontana Familia: & idem servetur in electione Vicarii Generalis, quando Minister Generalis ex Cismontana Familia discessurus est ultra montes: reservata Nobis hac vice Commissarii Generalis hujusmodi electione, & deputatione suo tempore per Nos declaranda.

Alia Decreta.

§.8. Deinde, quod Definitores Generales ex diversis Provinciis, juxta formam Statutorum Generalium dicti Ordinis, eligantur, quorum tamen quatuor ex Familia, & duo Reformati esse debeant.

§.9. Distincte Reformati, & eorum Conventus, nisi per Patres alicujus ex Provinciis Reformati hujusmodi visitari minime possint.

§.10. Gubernarique debeant cum solis Statutis Reformationum, quae nec a Capitulo, nec a Ministro Generali possint alterari, seu immutari, sed eorum moderatio fieri debeat a Reformatis tantum, in Capitulo, vel Congregatione Generali.

§.11. Nec Minister Generalis Constitutiones, vel Ordinationes perpetuae, vel ad tempus, quae Reformatos obligent, vel contra illos condere possit.

§.12. Ipsique Reformati ad peculiaria illius mandata, quae Definitorum Provinciae judicio, & dictorum Reformationum, Reformationi, & Observantiae non fuerint congruentia, minime teneantur.

§.13. Insuper, quod ad Visitaciones, & negotia Reformationum nullo modo possint deputari Fratres de Familia, sed solummodo ipsimet Reformati.

§.14. Ac demum, quod transitus ab Observantia ad Reformationem concedatur, prout haecenus observantes habuerunt: ita ut dictae Provinciae Reformatae inserviant pro Reformatione observantium hujusmodi.

§.15. Sublata eisdem observantibus in perpetuum novam Reformationem erigendi, seu instituendi facultate.

§.16. Quodque Reformati praedicti possint etiam transire ad observantes, ex causis in Constitutione fel. rec. Pauli Papae V. hac super re emanata expressis. Et sic transientes nequeant ab Observantibus reici: earumdem tenore praesentium statuimus, volumus, & ordinamus.

Praesentium Statutorum observantia.

§.17. Mandantes praeterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis

nostrae, aliisque nostris, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio poenis, omnibus, & singulis Ordinis praedicti Superioribus, & Fratribus quomodocumque, & qualitercumque qualificatis, ut praesentes nostras literas, ac in eis contenta, quaecumque inviolabiliter observent, & ab eis ad quos spectat, adamussim servari curent, & faciant.

§.18. Et nihilominus ex nunc irritum, & inane decernimus, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutoriis deputatione.

§.19. Quocirca eidem Francisco Cardinali per praesentes injungimus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum praedictorum fuerit requisitus, solemniter publicans, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistens, faciat illa auctoritate nostra ab omnibus, ad quos spectabit, inviolabiliter observari. Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compefcendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Derogatio contrarium.

20. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papae Octavi Praedecessoris nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, aliisque Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon dicti Ordinis, & illius Provinciarum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis eidem Ordini, illiusque Provinciis, Superioribus, & Fratribus, & quibuscumque aliis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 12. Maii 1639. Pontificatus nostri Anno XVI.

Dat. die 12. Maii 1639. An. XVI.

Quod

Quod Secretarii Generales Ordinis Minorum de Observantia in Ministerium, seu Commissarium Generalem eligi non possint, nisi transacto sexennio ab expleto suo officio.

De vacantia officiorum Ordinis lege ad Constitutionem Militantis. Greg. XV. Tom. V. Par. V., ac Theatrum Regularium, verb. Vacantia.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Recordium.

Prospero, felicique dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum regimini, & gubernio, pro pastoralis nostra sollicitudine, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine.

Mandat. prout in rubrica.

§.1. Quod de caetero perpetuis futuris temporibus, ille, seu ex Fratribus dicti Ordinis, qui pro tempore existentis Ministerii Generalis ejusdem Ordinis Secretarius, seu Secretarii fuerint, in Ministerium, seu Commissarium Generalem Ordinis hujusmodi immediate, & per sexennium post illum Ministerium Generalem, cui in officio Secretarii inservierint, ac pariter durante dicto sexennio, si novi Ministri Generalis immediate quocumque modo officium vacare contingat, in Vicarium, Generalem nullo modo eligi possint, & valeant, tenore praesentium statuimus, & ordinamus.

Decretum irritans.

§.2. Sicque inviolabiliter observari, & per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de latere Legatos judicari, & definiri debere, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Contrariis derogat.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eidem Ordini, illiusque Superioribus, & Fratribus, ac Secretariis hujusmodi, & quibusvis aliis in contrarium praemissorum forsan concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 12. Junii 1639. An. XVI.

Datum Romae apud S. M. M. sub annulo & c. die 12. Junii 1639. Pont. nostri An. XVI. Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

Confirmat omnia, & singula privilegia a Clem. PP. VIII. Provinciae S. Jo: Baptistae Ordinis Fratrum Minorum Discalceatorum nuncupat. Regularis Observantiae S. Francisci in Hispania concessa.

De hujusmodi Fratibus Discalceatis lege, qua notari ad Constit. 331. Regis pacifici. Tom. VI. Par. I. fol. 221., & ad Constitut. 494. Cum sicut. ut supr. fol. 40.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Um ea, quae propter justas, & rationabiles causas aliquando stabilita sunt, ipsa rerum, & temporum experientia doceat provide oportere moderari, & immutari, superioribus vero annis per quasdam nostras in simili forma Brevis literas pro bono regimine Provinciae Sancti Joannis Baptistae Fratrum Minorum Discalceatorum nuncupatorum, Regularis Observantiae Sancti Francisci in Hispania, quaedam clausulae quarundam aliarum in eadem forma Brevis in favorem ejusdem Provinciae a fel. rec. Clemente Papa VIII. Praedecessore nostro emanatarum, incipientium: Ex injuncto Nobis apostolici muneris debito, sub datum die 29. Nov. 1599. declaratae, & aliae limitatae fuerint, ex praefata vero limitatione, seu moderatione; nonnulla gravia inconvenientia, quae novis litibus, & inquietudinibus janua aperuerunt, in dies oriri videantur: Nobis propterea dilecti filii Michael Teruel Minister Provincialis, & Definitores dictae Provinciae Fratrum eorumdem per dilectum etiam filium Franciscum Seguer dicti Ordinis professorem eorum Procuratorem humiliter supplicari fecerunt, ut omnia, & singula gratias, & privilegia in praedictis Clementis Praedecessoris literis eidem S. Joannis Baptistae Provinciae alias concessa confirmare, & opportune sibi, ut infra providere, & indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Motiva hujus Constit.

Confirmatio, prout in rubrica.

§.1. Nos igitur, qui personarum quarumlibet, praesertim sub suavi religionis jugo Altissimo famulantium quieti, & statui, quantum cum Domino possumus, libenter consulimus, omnem super praemissis inconvenientium hujusmodi materiam, & occasionem e medio submovere, ipsosque exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, praefatas Clementis Praedecessoris literas in

B b 2